DYONISIUS DE BURGO SANCTI SEPULCRI

Niederösterreich (Raum Wien), 1399 Seite 206v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35039
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



ca. 16

dente mulieris cuiusdam temeritas in consimili mendacio ut fuit precedens mediolani
repressa est sed quidam illa mulier cum se pro nubra vel nubria ut dicit alia littera
representaret que fuit femina quedam etiam nobilis ac falso credita esset incendio
perisse. Nam ex incendio domorum periit et nichil hec mulier ad se pertinentibus
bonis illius inseret et ad confirmacionem mendacii sui neque ei aut tractus eius
mulieris i. similitudo aut splendidi vestes qui hoc affirmarent. Aut cohortis
augusti favor deesset qui multa decuria sibi favebant propter cesaris inexpugnabilem
constanciam ipsa mendosa et prava femina irrita nefarii propositi et frustrata
atque deiecta abiit quia in mendacio ipsam comprehendit

Idem etc. lege sic. Idem iulius cesar quendam barberium i. hominem robustum
et ignotum propter eximiam corporis similitudinem tamquam arietes rex esset
Capadocie regnum affectantem quem arietem capadocie regem amarco antonio
Iulii cesaris magro equitum interemptum et occisum clarius luce erat quamquam i. quamvis
pene i. fere credula civitatum et gentium orientis suffragacione et illorum de regno
favore qui ipsum in regem volebant fultum barbarum capud i. omnibus suis
auxiliis fulcitum et favoratum. Dementer i. inconsulte et fatue imperio suffraganti
imminens i. quamvis similitudinem regis favorem plebis et regni suffragantis
haberet capud tamen sic et tantis auxiliis fultum iusto supplicio cesar impendere
coegit et eum mori fecit. Igitur valerius principio libri finem adnectens ut
principium et finis idem esset. In prologo cesaris auxilium postulavit. Et in fine
cum cesare divo Iulio terminavit. Qui ut dicit suethonius in rebus domesticis
disciplinam severam servavit qui statura excelsus colore candidus fuit
qui tunc erat exactor disciplinae gravissimus cum hostes in proximo erant. Et
bene merito quia iusticia dicente seneca. Quid aliud est quam lex divina et vinculum
societatis humane. Per ipsam namque religio veritatis tuetur. Et ipse deus
iusto servicio colitur. In cuius cultu sincero eterna vita promittitur in secula seculorum. Amen.

Explicit liber Nonus et ultimus maximi Valerii et eius exposicio edita
a fratre Dyonisio de burgo fratrum herum ordinis sancti Augustini sacre
theologie magistro